

Cavete! Fragile!

Justus Jonas in scrutario sub sole ardente stabat et sudabat. Acervum phonodiscorum vetustorum in varia genera dividebat: »Forsitan res colligenda«, »mensa scrutandi«, »purgamentum inutile«, cum subito vetus Mercedes vacillans - maculoso argento coloratum - per portam in scrutarium provolvit et defesso gemitu constitit. Vir quidam, triginta fere aut quadraginta annos natus, descendit. Fusco indumento tuberoso indutus erat, quod vehiculo optime aptum erat: antiquum erat et fini vitae naturalis appropinquabat.

Ille vir vehiculum circumiit, convectoris portam aperuit, quae primum paulum quatienda erat, et cistam chartaceam caute de sede sustulit. Cistam imperite brachiis circumplicabat et quaerens circumspectabat.

Tito patruo et Mathilda amita absentibus, Justus collectionem phonodiscorum reliquit, ut ipse emptorem adiuveret.

»Licetne mihi te adiuvere, domine?«

»Ah, licet. Cum possessore colloqui desidero.«

»Patruus est, sed nescio, ubi nunc sit. Ego fortasse te adiuvere possum, ego quoque hic laboro.«

Justus cistam chartaceam aspexit. »Visne aliquid vendere?«

»Nolo.«

»Quaerisne ergo aliquid?«

»Minime. Est paulum ... complicatum.«

scrutarium, -i n. = Schrottplatz; **ardens, -entis** = brennend; **sudare** = schwitzen; **acervus, -i m.** = Haufen; **phonodiscus, -i m.** = Schallplatte; **vetus, -eris** = alt; **res colligenda f.** = Sammlerstück; **mensa scrutandi f.** = Wühltisch; **purgamentum, -i n.** = Müll; **inutilis, -e** = wertlos, nutzlos; **vacillans** (v. vacillare = wackeln); **maculosus, -a, -um** = fleckig; **gemitus, -us m.** = Stöhnen, Ächzen; **triginta** = dreißig; **quadraginta** = vierzig; **fuscus, -a, -um** = braun, dunkel; **indumentum, -i n.** = Anzug; **tuberosus, -a, -um** = ausgebeult; **finis vitae m.** = Lebensende; **convector, -oris m.** = Beifahrer; **quatienda** (v. quatere = rütteln, schütteln); **cista chartacea f.** = Karton; **bracchium -ii n.** = Arm; **circumplicare** = umschlingen; **collectio phonodiscorum f.** = Schallplattensammlung; **complicatus, -a, -um** = kompliziert;